

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPELIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)...Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)...Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)...Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)...Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,cvet d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





cramento opitulatus ruit parulis suis, quamvis quid inuenerit in sacris codicibus non legatur: itaque non fuit sola fides interna, sed aliquo exteriori signo declarata: Probabiliter tuerunt & aliqua pro adultis remedia; sacrificia tempore; non solum ad remissionem originalis peccati, sed etiam actualis, quæ necessitatis erant in communi, voluntatis in speciali.

PERTINEBAT ad eandem diuinæ sapientiæ dispositionem, vt remedium aduersus originale peccatum, quod ab Adamo ad Abraham vsque fuerat indeterminatum, eius tempore determinaretur, & vsque ad Christum perseveraret: ideo Abraham à Deo imposita est circumcisio, & Iudæis non ex Moysè, sed ex patribus relicta, tum vt genus Abraham ab alijs dignosceretur, tum vt esset Sacramentum distinctè determinatum in remissionem originalis peccati, non ita quidem vt eadem ratione paruulis & adultis ex æquo mederetur, sed diuersa, siquidem per illam adulti iusticiam ex opere operato non consequerentur; sed in illa solum, seu ex opere operantis & ex merito fidei quam per signum illud profitebantur: paruulis autem proderat non ex opere operato propriè, sed improprie dicto, scilicet ad modum conditionis necessariæ. Decebat maximè vt Sacramenta legibus, in qua omnia in ænigmate continebantur, rebus tantum constarent, & verba legis Euangelicæ Sacramentis meritò reseruarentur; in qua ea tandem aperta sunt mysteria, quæ in priori lege tot figurarum inuolucris fuerant obuoluta: porro res & verba, quæ sanè non tam stricte sumenda sunt, ita fuerunt à Christo determinata, vt aliquam inducere mutationem nefas esse nemo non iudicet, quæ Sacramentum tollit si substantialis sit, & reum speciem aut verborum sensum corruptum, secus si accidentalis. Verbum coniconale nec est pars ad essentiam sacramenti pertinet, nec ad illius fructum percipiendum simpliciter necessaria dispositio: consecratorium vero ad vtrumque requiritur.

IN Sacramentorum nouæ legis efficacia Christi erga nos affectus mirabiliter emicat, neque enim sunt signa tantum speculatiua per quæ diuina nobis declaratur beneuolentia, fides excitetur aut nutriatur quæ sola iusticiam apprehendat, sed signa sunt practica quæ gratiam sanctificantem secundum propriam cuiusque cooperationem dignè suscipientibus conferant, idque per se & ex opere operato: An autem physice an moraliter? Incertum; posteriori sententiæ vt probabiliori subscribo. Gratia illa Sacramentalis, ab ea quæ virtutum & donorum communiter dicitur, est indistincta, cum ei nullum habitum superaddat, sed solum ius ad specialiora auxilia non necessariò statim, sed opportuno tempore tradenda, ad proprium cuiusque sacramenti finem obtinendum necessaria. Præterea per aliqua illorum, scilicet per baptismum confirmationem & ordinem, imprimitur character, qui est signum aliquod spiritale indelebile impressum animæ; vnde ea iterari non possunt, iuxta Concilij Tridentini definitionem, hæcque fuit constans Ecclesiæ doctrina, neque enim nisi à peruersis sunt vnquam repetita. Imparem efficaciam sacramentis veteribus tribue si non vis errare à fide deficere: Illa enim erant legis Mosaicæ infirma elementa, ista sunt legis Euangelicæ potentissima munimenta; illa promittebant salutem, ista vero conferunt salutem.

QUÆCVMQVE tum in lege naturali tum Mosaicæ vigerunt, Deum auctorem agnouere principalem, cuius solius virtute potuerunt institui: In priori lege per interiorem motum præscripta sunt, in posteriori per reuelationem exteriorē Moyse factam, à Deo sancta, & ad posteros non viua voce tantum, sed etiam scripto deuoluta. Quæ in lege Euangelica accepimus, Christo debemus; quatenus Deo, potestate supremæ auctoritatis; quatenus homini, potestate excellentiæ: Illam non potuit puræ creaturæ concedere, hanc potuit quidem modo longè inferiori, sed non communicauit. Ipse igitur septem sacramenta instituit per se & immediatè, nec plura, nec pauciora: & quamuis in vltima cœna lotionem pedum multum commendauerit, attamen ad humilitatis potius fraternæque charitatis exemplum, quam ad sanctitatem efficiendam Apostolis tradidit. Horum ministerium solis viatoribus ita commisit, vt ab eorum dispensatione bonos Angelos tanquam ministros extraordinarios arcere noluerit. In illis conferendis necessaria est intentio, faciendi nimirum quod facit Ecclesiæ; quæ si habitualis fuerit, non erit sufficiens; si virtualis, bona; si actualis, optima & procuranda, quamuis non necessaria.

IN Mysteriorum Christi dispensationibus sanctitas requiritur, non quidem ad Sacramentum validè conferendum, sed ad illud licitè ministrandum; neque enim attenditur ministerium serui, sed pensatur sacramentum domini. Fidelis abolutè necessariam esse Orientales quosdam nec minimè notæ præfules credidisse non diffiteor, dum in Synodis apud Synnadam & Iconium habitis baptisatos ab hæreticis sine baptismo non suscipiendos propugnarunt: Africanam Ecclesiam nutasse cum antistite suo Cypriano Agrippini vestigijs inharere, & idipsum calculo suo comprobasse libenter agnosco. Sed quid inde? Nonne præualuit Stephani Papæ sententia auitæ consuetudini quam vtrique opponere, potissimum innixa; tandemque explosa nouitas, antiquitas retenta? siquidem tum Orientales tum Africani ad meliorem frugem reuocati nouum emisere decretum. Porro ipsum etiam S. Cyprianum à priori sententiâ recessisse conicit S. Augustinus, eiusque correctionis monumenta ab ijs fortasse suppressa, qui hoc errore nimium delectati, tanto velut patrocinio carere noluerunt: communem itaque cum Donatistis errorem habuit, sed non communem pertinaciam; cum istos, etiam post plenarium Concilium in quo hæc controuersia fuerat eliquata, eundem errorem acriter propugnasse asserat Augustinus. Quodnam sit illud cuius auctoritate fretus omnia Donatistarum tela retorquebat, demonstrare sanè non valeo non sufficere? Attamen si pro eo stare liceat, pro quo coniecturæ videntur esse validiores; nec pro Nicæno, nec pro Capuensi, sed pro Arelatensi, Augustino duce, lubentius militabo.

PRIMUMS inter sacramenta nostra occurrit Baptismus, tanquam cæterorum & ipsius Ecclesiæ ianua, in quo per exteriorē ablutioem sub præscripta verborum forma confertur gratia regenerans, cui præfuit Baptismus Ioannis. A Christo institutum esse omnes consentiunt: sed quoniam tempore & loco ita dissentiunt ferè omnes, vt certi aliquid liquido constare in præsentī negotio asserere non auiam. Illud solum profiteor certum esse, quod instituerat cum per Apostolos baptisabat, quamuis eius necessitatem non nisi post suam resurrectionem indixerit. Materia remota baptismi, est sola aqua vera & naturalis; proxima, est ablutio, quæ siue per immersionem, siue per infusionem, aut asperisionem fiat, valida est; cum gratiam sanctificantem credentibus conferant diuina compendia. Trina immersio præcis Ecclesiæ temporibus magno quidem studio fuit custodita, sed non ideo necessaria, atque ita vnica sufficit, quæ tempore S. Gregorij Magni in Hispanijs cœpit vsurpari. Quisque vt licitè agat seruet Ecclesiæ suæ ritum: porro ipsa ablutio tanta esse debet, vt modica aquæ gutta minimæ corporis parti applicata ad validè baptisandum minimè sufficiat, nec ab ea dispenset vlla necessitas.

FORMA debet accedere ad elementum, vt incipiat esse sacramentum, quæ his Euangelicis verbis est contenta, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti*, vel alijs istorum sensum legitimum retinentibus: Ideoque Græcorum forma valida. Ita necessaria est trium personarum explicita inuocatio, vt Christianum nequaquam facias si vnā omittas, vel si tres confusè solum exprimas. In solo nomine Iesu nunquam baptisauerunt Apostoli, præsumptiuus enim est illius dispensationis titulus, cuius nullum licet in sacris codicibus vestigium deprehendere, sed è contra legem manifestè oppositam in illis agnoscere, quæ in plena & aduata trinitate baptisare præcipiat. Tria conuenienter describuntur baptismata, fluminis scilicet, fluminis, & sanguinis. Baptismus fluminis supplet vires baptismi aquæ in adultis solum: Baptismus autem sanguinis, tum in adultis, tum in paruulis: verum vt vices illius gerat in posterioribus, nullam prærequirit dispositionem, sed in prioribus tantum: Quænam sit illa? an attritio, an contritio? Attritionem solam sufficere persuasum est mihi; neque enim ex charitatis affectu, sed ex speciali priuilegio suum sortitur effectum, quod in quocumque statu martyrio fuisse annexum, quæ ratione negetur, non video.

PROPTER singularem huius sacramenti necessitatem prouidentissima mediatoris nostri dispositio constituit, vt quamuis ordinaria & sollemnis illius dispensatio ad Episcopos & Presbyteros ex officio pertineat, posset tamen ab omni & quocumque homine siue pagano siue hæretico, imò & ab ipsis mulieribus vrgente necessitate ministrari, dummodo intentionem suam Ecclesiæ institutis accommodet. Quemlibet, etiam ipsos infantes huius sacramenti capaces esse, & idipsum traditionem Apostolicam commendare crediderim, quos tamen baptisare non licet inuito vtroque parente, vel nullatenus, vel politice tantum Christianis principibus subdito; secus si despotice subditi sint. Paruuli sine baptismo re ipsa suscepto (extra casum martyrij) vitam æternam consequi nullatenus possunt: neque etiam adulti sine ipso, vel in re vel in voto, atque ita in ipsos tantum cadit præcepti necessitas, quæ tum primum vrget, cum Christianæ fidei mysterijs sufficienter imbuti sunt, nisi rationabilis causa moram concedat. Nullo præcepto tempus vnquam fanciuit Ecclesiæ, quo adulti ad suscipiendum baptismum obligarentur, nec illud determinare potuit. Quibus Christus plenitudinem tribuit ad innocentiam in fonte, augmentum præstat ad gratiam in confirmatione, quæ verum est sacramentum, à Christo domino dum manus paruulis imponeret adumbratum, & in nocte cœnæ institutum, vt in baptismo regeneratos ad vitam, post baptismum armaret ad pugnam.

HVIVS sacramenti materia remota est Christum confectum ex oleo & balsamo, quod per Episcopum debet consecrari. Noli ergo asserere quod simplex oleum sufficiat, vtrumque enim ad illius essentiam per se & æque primo requiritur: proxima vero est eiusdem chrismatis vinctio, quæ pro diuersis quibus gaudet respectibus, diuersis quoque nominibus significatur, quæ nunc diuisim nunc coniunctim vsurpare quibuscumque Concilijs & sanctis patribus familiare est: porro illius vinctioem vsum talem in Ecclesiâ fuisse contendere, vt temporibus Apostolorum vigere cœperit, cum ipsos Apostolos Chrismationem semper adhibuisse asseram. Forma materie respondens ad nos per traditionem deducta, & rectè à Florentino sancta, hæc est: *confirmo te chrismate salutis in nomine Patris & filij & spiritus sancti*. An forma Græcorum his verbis concepta, *signaculum donationis spiritus sancti*, valida sit, grauis sanè questio: qui absolute & simpliciter loquendo insufficientem, aut saltem donec aliud Ecclesiâ declarauerit, admodum dubiam esse pronuntiant, sententiam tueri videntur probabiliorē. Solum Episcopum ordinarium huius sacramenti ministrum esse Orthodoxos non ambigit: verum, an simplex Sacerdos ex commissione seu delegatione Summi Pontificis, possit esse extraordinarius, meritò querit: querere tamen facile desinet, si S. Gregorij factò inhereat, & illius bonitatem sapientiamque consideret, qui disponit omnia suauiter.

Has Theses Deo duce, auspice Deiparâ Virgine Mariâ, & Præside S. M. N. LUDOVICO BAIL sacre Facultatis Parisiensis Doctore Theologo è familia Cholerae tueri conabitur CAROLVS DE LEOTAVD Subdiaconus Arelatensis, eiusdem sacre Facultatis Baccalaureus Theologus, Die 23. Maij, Anni Domini 1664. à prima ad vesperam.

IN SORBONA PRO MINORE ORDINARIA.